



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCII. ad annum CCCCXXX.

Parisiis, 1644

Concilivm Africanvm VIII. Carthagine Svb Innocentio Habitum anno Christi
410.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

100 INNOCENTIVS CONCILIVM HONORIVS THEODOSIVS IMPP.

ANNO
CHRISTI
409.

CONCILIVM AFRICANVM VII.
SVB INNOCENTIO

Anno Christi 409. habitum.

EXTAT infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Gloriosissimis.*
Quid in eo gestum sit, aliter quam ibi, non constat.

CONCILIVM AFRICANVM VIII.
CARTHAGINE
SVB INNOCENTIO

Habitum anno Christi 410.

EXTAT Græce & Latine infra in Concilio Africano: Incipit sic: *Anno
Christi 410.*
Post consulatum glorioſimorum imperatorum, &c.

NOTE.

Causam
Concilii
præbuerunt
tyrannis
Attali &
rescriptum
Honori.

Acta Con-
ciliū.

^a *Concilium*] Cum Attalus tyrannus inuasisset imperium, & iam Africam esset tentaturus, accidit anno Christi 410. Innocentii pontificis nono, vt Heracliani in Africa comitis, vel Macrobii in ea proconsulis consilio, leges aduersus Donatistas datæ filerent: etenim vniuersa Africana prouincia in discrimine posita videbatur; si tot legibus exagitati & exasperati Donatistæ pro partibus Attali dimicarent. Quamobrem elicitum fuit ab Honorio imperatore rescriptum, quo iidem finerentur eam quam vellent religionem amplecti: sive res transacta fuit. Cum autem Attalo exauctorato, periculum illud cessasset, episcopi Africani, quod viderent Honori rescriptum in magnum Christianæ religionis dispendium vergere, collecto Carthagine episcoporum conuentu, vna omnium sententia decreuerunt, mittendam esse ad imperatorem Honoriū legationem, quam quatuor episcopi ad hoc munus electi ornarent, rogarrentque imperatorem, vt edictum pro Donatistis latum reuocaret. Et hoc est quod in huius Synodi præfatione sic habetur: *Lex data est ut libero cultu quis Christianitatem acciperet.* Hæc ex præscripto Honoriū imperatoris, quod extat lib. 51. de hær. cod. Theod. manifeste colliguntur. Verba enim rescripti sic se habent: *Oraculo penitus remoto, quo ad ritus suos heretici superstitiones obrepserant: sciant omnes sanctæ legis inimici, plectendos se pœna proscriptionis & sanguinis, si ultra conuenire per publicum execranda sceleris sui temeritate tentauerint.* Datum 8. Kalendas Septembris Varane U. C. consule. Vnde patet, hac lege irritari præcedens edictum, quo hæreses legibus ante

INNOCENTIVS AFRICANVM VIII. HONORIVS² THEODOSIVS³ IMP. IOI

ANNO CHRISTI 410. compressæ , ad ritus suos palam redierant. Datum est hoc rescriptum postridie eius diei quo vrbs capta fuit: adeoque merito imperatoris Honorii obtentum credo , quod Alaricus rex Gothorum , vrbem nono Kalendas Septembbris captam , post triduum quasi fugatus reliquerit , in sui interitum concitus festinaret , atque imminente vrbis extremam cladem , Deus propitiatus auerterit. Baron. ann. 410. num. 47. 48. & 49.

Vrbem Romanam occupat Alaricus Gothorum rex.

*SYNODVS PTOLOMENSIS IN LIBYA,
AVCTORE SYNESIO PTOLEMAIDIS
episcopo congregata , sub Innocentio papa I.

N O T A .

ANNO CHRISTI 411. ² *Synodus.*] Anno salutis 411. Innocentii decimo , Honorio & Theodosio imperatoribus celebrata est Synodus Ptolemaide in Pentalopi Ægypti. Causa habiti ibidem Concilii hæc intercessit : Andronicus prouinciae praefectus multa crudelia in subditos , atque irreligiosa & impia aduersus ecclesiam perpetratarat , quibus in Synodo propositis atque probatis , communi omnium sententia diræ excommunicationis poena mulctatur. Baron. ann. 411. num. 53.

Locus, tempus & causa Concilii.

G E S T A C O L L A T I O N I S
C A R T H A G I N I H A B I T A E

Honorii Cæsar is iussu inter catholicos & Donatistas
coram Marcellino V. C. tribuno & notario
post consulatum * Varanis V. C.

Papirii Maffonis studio atque opera primum in lucem edita ,

A P. PITHOE O V. C. cum manuscriptis collata & emendata.

Collationis codex manuscriptus in veteribus membranis sic inscriptus est:

Liber oblatus ad altare sancti Stephani , voto Tulcherii canonici.
Deinde , Acta collationis seu gesta continet.

P R A E F A T I O O P E R I S P. M A S S O N O
A V C T O R E .

A CTA collationis Carthaginensis , Innocentio primo pontifice Romano , Honorii clementissimi Cæsar is iussu habita sunt , anno N iiij